

GREENPEACE

VADE RETRO CO2 – QUI CAELUM INQUINANT NON VINCENT – QUO VADIS BERLUSCONI?

ROMA, AD DECIMAM DIEM KALENDAS DECEMBRES - MILITANTES SUB SIGNIS “PACISVIRIDIS” HOC DIE SUAM DISSESSIONEM PATEFACIUNT ASPERRIMAM DE CAELI CONTRA “BARBAROS NOVOS”: CURRUUM MOTORIORUM NOMINA GERMANICA, QUAE OBSESSURA SUNT NOVAM DISCIPLINAM AD ACIDI CARBONICI VAPORES (QUI NIMIS CAELUM CALEFACIUNT) E CURRIBUS MOTORIIS EMISSOS IMMINUENDOS.

PRAETEREA, MILITANTES SUB SIGNIS “PACISVIRIDIS” SUAM DISSESSIONEM PATEFACIUNT ASPERRIMAM CONTRA ITALICAE REI PUBLICAE ADMINISTRATIONEM BERLUSCONI REGENTE: ENIM, RECTOR IMPETUM MAXIMUM FACIT ET IN DISCIPLINAM DE CURRIBUS MOTORIIS ET IN DISCIPLINAM TOTAM EUROPAEAM DE ROBORIS FONTIBUS CAELOQUE.

ITALICAE REI PUBLICAE ADMINISTRATIO POENAS MINIMAS PETIT SI QUAE CURRUUM MOTORIORUM NOMINA VIOLARENT MODOS FINESQUE A NOVA DISCIPLINA COSTITUTOS. SIC STANTIBUS REBUS, PREVALEBUNT QUI FABRICANTUR CURRUS MOTORIOS MAXIME INQUINANTES, PRAESERTIM GERMANI.

MILITANTES SUB SIGNIS “PACISVIRIDIS” PETUNT AB ITALICAE REI PUBLICE ADMINISTRATIONE UT FAVET DISCIPLINAE QUAE EFFICACITER INDUCAT NOMINA CURRUUM MOTORIORUM AD VEHICULA EFFICIENTES MINIMEQUE CAELUM INQUINANTES FABRICANDA.

AB ITALICAE REI PUBLICAE ADMINISTRATIONE FAVENDA ETIAM PROPOSITA SUNT QUI INTRA ANNUM 2020 AD VAPORUM IMMINUTIONEM ET INCREMENTUM ROBORIS FONTIUM QUI SE RENOVARE POSSUNT OBLIGANT.

ENIM COLLEGIUM EUROPAEUM SAEPE FIRMAVIT CAELI TUTELAM OPPORTUNITATEM ESSE ANGUSTIORI FIDEI RESISTENDAE.

T.LUCRETIO.CARO, DE RERUM NATURA, LIBER II:

“AT QUIDAM CONTRA HAEC, IGNARI MATERIALI, NATURAM NON POSSE DEUM SINE NUMINE REDDUNT TANTO OPERE HUMANIS RATIONIBUS ATMODERATE TEMPORA MUTARE ANNORUM FRUGESQUE CREARE ET IAM CETERA, MORTALIS QUAE SUADET ADIRE IPSAQUE DEDUCIT DUX VITAE DIA VOLUTA ET RES PER VENERIS BLANDITUR SAECLA PROPAGENT, NE GENUS OCCIDAT HUMANUM. QUORUM OMNIA CAUSA CONSTITUISSE DEOS CUM FINGUNT, OMNIBUS REBUS MAGNO OPERE A VERA LAPSI RATIONE VIDENTUR. NAM QUAMVIS RERUM IGNOREM PRIMORDIA QUAE SUNT, HOC TAMEN EX IPSIS CAELI RATIONIBUS AUSIM CONFIRMARE ALIISQUE EX REBUS REDDERE MULTIS, NEQUAQUAM NOBIS DIVINITUS ESSE CREATAM NATURAM MUNDI: TANTA STAT PRAEDITA CULPA”.